And makes it just and generous, sweet and kind.”—(Conington.)

“Mulier cupido quod dicit amanti,
In vento et rapida scribere oportet aqua.”

CATULLUS. *Carmina*, LXVIII. (LXX.), 8.

“Write me in air, or in the flowing stream,
A woman's vows to a too ardent lover.”

“Mulier mulieri magis congruit.”

TERENCE. *Phormio*, Act IV., Sc. V., 14.—(Chremes.)

“A woman deals much better with a woman.”—(George Culman.)

“Antiquum poetam audivi scripsisse in tragœdia

Mulieres duas peiores esse quam unam. Res ita est.”

PLAUTUS. *Curculio*, Act V., Sc. I., 1.—(Curculio.)

“I have been told that in some tragedy
An ancient poet has observed, 'Two women
Are worse than one'.—The thing is really so.”

—(Bonnell Thornton.)

“Multæ ceciderunt ut altius surgerent.”

SENECA. *Epistolæ*, XCI., 18.

“Many things have fallen only to rise higher.”

“Multæ ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequum 'st ferre.'”

TERENCE. *Hecyra*, Act V., Sc. III., 42.—(Bacchis.)

“If anything has brought us much advantage,
Then must we bear too what it brings of trouble.”

“Multæ ferunt anni venientes commoda secum,

Multæ recedentes admunt.” HORACE. *De Arte Poetica*, 175.

“Years, as they come, bring blessings in their train;
Years, as they go, take blessings back again.”—(Conington.)

“Multæ potentibus
Desunt multæ. Bene est cui Deus obtulit
Parca quod satis est manu.”

HORACE. *Odes*, III., 16, 42.

“Great desires

Sort with great wants. 'Tis best when prayer obtains
No more than life requires.”—(Conington.)

“Multæ quæ impedita natura sunt, consilio expediuntur.”

LIVY. *Histories*, XXV., 11.

“Many difficulties which nature throws in our way, may be smoothed
away by the exercise of intelligence.”

“ Multa renascentur quae jam cecidere, cadentque
 Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus
 Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 70.

“ Yes, words long faded may again revive,
 And words may fade now blooming and alive,
 If usage wills it so, to whom belongs
 The rule, the law, the government of tongues.”—(Conington.)

“ Consuetudo vicit: quae cum omnium domina rerum, tum
 maxime verborum est.”

AULUS GELLIUS. *Noctes Atticae*, XII., 13, 4.

“ Custom prevailed; custom, which is the mistress of all things,
 but especially of words.”

“ Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod
 Quaerit et inventis miser abstinet ac timet uti;
 Vel quod res omnes timide gelideque ministrat.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 169.

“ Grey hairs have many evils: without end
 The old man gathers what he may not spend;
 While as for action, do he what he will,
 'Tis all half-hearted, spiritless and chill.”—(Conington.)

“ Multa sunt mulierum vitia; sed hoc e multis maximum est,
 Cum sibi nimis placent, nimisque operam dant ut placent viris.”

PLAUTUS. *Poenulus*, Act V., Sc. IV., 47.—(Adelphasium.)

“ Women have many faults, and of the many,
 This is the chief; delighted with themselves,
 Too great a zeal they have to please the men.”

—(Bonnell Thornton.)

“ Multi

Committunt eadem diverso criminis fato:
 Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema.”

JUVENAL. *Satires*, XIII., 103.

“ See different fates attend the self-same crime;
 Some made by villainy, and some undone,
 And this ascend a scaffold, that a throne.”—(Gifford.)

“ Multi famam, conscientiam pauci verentur.”

PLINY THE YOUNGER. *Epistolae*, III., 20.

“ Fame is an object of admiration to many, honest worth to but few.”

“ Multi sunt obligandi, pauci offendendi, nam memoria beneficiorum
 fragilis est, injuriarum tenax.” SENECA. *De Moribus*, 128.

“ We should oblige as many and offend as few persons as possible, for
 mankind has a very bad memory for services rendered, a most tenacious
 one for injuries.”

“ Multimodis meditatus egomet mecum sum, et ita esse arbitror:
 Homini amico, qui est amicus ita uti nomen possidet,
 Nisi deos, ei nihil praestare.”

PLAUTUS. *Bacchides*, Act III., Sc. II., 1.—(Mnesilochus.)

“ I've turned it in my thoughts in various shapes,
 And this is the result—A friend who is
 A friend, such as the name imports, the gods
 Except, nothing excels.”—(Bonnell Thornton.)

“ Multis ille bonis flobilis occidit.” HORACE. *Odes*, I., 24, 9.

“ By many a good man wept, Quintilius dies.”—(Conington.)

“ Multis minatur, qui uni facit injuriam.” PUBLILIUS SYRUS, 302.

“ He that injures one threatens a hundred.”—(Bacon.)

“ Multis occulto crescit res faenor.” HORACE. *Epistolae*, I., 1, 80.

“ Some delight to see
Their money grow by usury like a tree.”—(Conington.)

“ Multis parasse divitias non finis miseriarum fuit, sed mutatio.” SENECA. *Epistolae*, XVII. (quoting Epicurus).

“ Most people find that the acquisition of wealth is not the end of their troubles, but simply a new kind of trouble.”

“ Multis res angusta domi: sed nulla pudorem
Paupertatis habet.” JUVENAL. *Satires*, VI., 357.

“ There's many a woman knows distress at home;
Not one who feels it.”—(Gifford.)

“ Multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est, ventus et
auraे cident.” LIVY. *Historics*, XXVIII., 27.

“ The populace is like the sea, motionless in itself, but stirred by every
wind, even the lightest breeze.”

“ Multo magis est verendum, ne remissione poenae crudeles in patriam,
quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur.”

CICERO. *In Catilinam*, IV., 6, 13.

“ It would be far better to risk appearing vindictive by the severity of the
measures taken against our implacable foes, than by remitting their
well-deserved punishment to cause injury to the state.”

“ Multorum disce exemplo, quae fata sequaris,
Quae fugias: vita est nobis aliena magistra.”

DIONYSIUS CATO. *Disticha de Moribus*, III., 13.

“ Learn from those around what to pursue
And what avoid; and let our teachers be
The lives of others.”

Multorum obtrectatio devicit unius virtutem.”

CORNELIUS NEPOS. *Hannibal*, I.

“ The virtue of one man is not proof against the disparagement of many.”

“ Multos in summa pericula misit
Venturi timor ipse mali; fortissimus ille est
Qui promptus metuenda pati, si communis instant,
Et differre potest.”

TIUCAN. *Pharsalia*, VII., 104.

“ In paths of direst peril many tread
Through fear of ill to come; the strongest he
Who's ready aye to grapple with his fate
When it's upon him, and to drive it back.”

“(Verumque illud est quod dicitur,) multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit.”

CICERO. *De Amicitia, XIX.*, 67.

“It is a true saying that we must eat many measures of salt together to be able to discharge the functions of friendship.”

“Multum crede mihi refert, a fonte bibatur

Quae fluit, an pigro quae stupet unda lacu.”

MARTIAL. *Epigrams, IX.*, 100, 9.

“It matters much if from a running well
We drink, or from a dark and stagnant pool.”

“(Aiunt enim) multum legendum esse, non multa.”

PLINY THE YOUNGER. *Epistolae, VII.*, 9.

“Our reading should be extensive but not diffuse.”

“Multum loquaces merito omnes habemur:

Nec mutam profecto repertum ullam esse
Hodie dicunt mulierem ullo in saeclo.”

PLAUTUS. *Aulularia, Act II., Sc. I.*, 5.—(*Eunomia*.)

“I know we women are accounted troublesome,

Nor without reason looked on as mere praters.

“Tis true there never was in any age

Such a wonder to be found as a dumb woman.”

—(*Bonnell Thornton*.)

“Multum facit qui multum diligit.”

THOMAS A KEMPIS. *De Imitatione Christi, I.*, 15, 2.

“He doeth much who loveth much.”

“Mundus vult decipi.”

SEBASTIAN FRANCK. *Paradoxa Duxenta Octoginta, CCXXXVIII.*

(*Ed. A.D. 1542.*)

“The world loves to be deceived.”

“Quando equidem populus isto vult decipi, decipiatur.”

CARDINAL CARAFA (POPE PAUL IV.) (*De Thou, Historiae sui temporis, Bk. XVII., ann. 1556.*
Ed. 1609, p. 356, Col. II., D.)

“Since this people desires to be deceived, deceived let it be.”

“Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, senique,

Si sapis et sentis, hic tibi ait, morere.”

MAARTIAL. *Epigrams, VIII.*, 27.

“You’re old and rich; you know, if you have any sense,

That he who gives you presents, plainly bids you die.”

“Musaeo contingens cuncta lepore.”

LUCRETIUS. *De Rerum Natura, I.*, 925.

“Adorning all things with the Muses’ charm.”

“Musca est meus pater, nil potest clam illum habori;

Nec sacrum nec tam profanum quidquam est, quin

Ibi illico adsit.”

PLAUTUS. *Mercator, Act II., Sc. III.*, 26.—(*Charinus*.)

“My father, like a fly, is everywhere,
Enters all places, sacred or profane.”—(*Bonnell Thornton*.)

“(Quid rides?) Mutato nomine de te
Fabula narratur.” HORACE. *Satires, I., 1, 69.*

“Laughing, are you? Why?
Change but the name, of you the tale is told.”—(Conington.)

“Nae amicum castigare ob meritam noxiari,
Immune est facinus; verum in actitate utile,
Et conducibile.”

PLAUTUS. *Trinummus, Act I., Sc. I., 1.*—(Megaronides.)

“’Tis but an irksome act to task a friend,
And rate him for his failings: yet in life
It is a wholesome and a wise correction.”

—(Bunnell Thornton.)

“Nae ista hercule magno iam conatu magnas rugas dixerit.”

TERENCE. *Heautontimorumenos, Act IV., Sc. I., 8.*—(Chremes.)

“She will take mighty pains
To be delivered of some mighty trifles.”—(George Colman.)

“Nanciscetur enim pretium nomenquo poetae,
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit.” HORACE. *De Arte Poetica, 299.*

“The merest dunce,
So but he choose, may start up bard at once,
Whose head, too hot for hellebore to cool,
Was ne’er submitted to a barber’s tool.”—(Conington.)

“Narratur et prisci Catonis
Saepe mero caluisse virtus.” HORACE. *Odes, III., 21, 11.*

“They say old Cato o’er and o’er
With wine his honest heart would cheer.”—(Conington.)

“Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.” MANILIUS. *Astronomicon, IV., 16.*

“When we are born we die, our end is but the pendant of our beginning.”

“Nascique vocatur
Incipere esse aliud quam quod fuit antea; morisque
Desinere illud idem.” OVID. *Metamorphoses, XV., 255.*

“What we call birth
Is but beginning to be something else
Than what we were before; and when we cease
To be that something, then we call it death.”

“Nate dea, quo fata trahunt retrahuntque, sequamur;
Quicquid erit, superanda omnis fortuna forendo est.”

VIRGIL. *Aeneid, V., 709.*

“My chief, let Fate cry on or back,
’Tis ours to follow, nothing slack:
Whate’er betide, lie only cures
The stroke of Fortune who endures.”—(Conington.)

“Natis in usum laetitiae scyphis
Pugnare Thracum est.” HORACE. *Odes, I., 27, 1.*

“What, fight with cups that should give joy?
’Tis barbarous; leave such savage ways
To Thracians.”—(Conington.)

“Natura enim in suis operationibus non facit saltum.”

JACQUES TISSOT. *Discours véritable de la vie, de la mort et des os du Géant Theutobocus.* Lyons, 1613. (Included in the “Variétés Historiques et Littéraires” of Edouard Fournier, Vol. IX., p. 248.)

“Nature in her operations does not proceed by leaps.”

“Natura non facit saltus.”

LINNAEUS. *Philosophia Botanica*, § 77 (p. 27 of 1st edition).

“Nature does not proceed by leaps.”

“Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quae situm est. Ego nec studium sine divite vena,
Nec rude quid possit video ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res, et conjurat amice.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 408.

“But here occurs a question some men start,
If good verse comes from nature or from art.
For me, I cannot see how native wit
Can e'er dispense with art, or art with it.
Set them to pull together, they're agreed,
And each supplies what each is found to need.”—(Conington.)

“Natura hoc ita comparatum est, ut, qui apud multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit, cuius mens nihil, praeter publicum commodum, videt.”

LIVY. *Histories*, III., 68.

“Nature has ordained that the man who is pleading his own cause before a large audience, will be more readily listened to than he who has no object in view other than the public benefit.”

“Natura inest in mentibus nostris insatiabilis quaedam cupiditas veri videndi.”

CICERO. *Tusculanae Disputationes*, I., 19, 44.

“Nature has implanted in our minds a certain insatiable desire to behold the truth.”

“Natura, quam te colimus inviti quoque.”

SENECA. *Phaedra*, 1125.—(Theseus.)

“Nature, how we worship thee, even against our will.”

“Naturam accusa, quae in profundo veritatem (ut ait Democritus) penitus abstruscrit.”

CICERO. *Academica*, II., 10, 32.

“You must blame nature, who, as Democritus says, has hidden away truth in the very deepest depths.”

“Naturam expellas furca, tamen usque recurret.”

HORACE. *Epistolae*, I., 10, 24.

“Drive Nature forth by force, she'll turn and rout
The false refinements that would keep her out.”—(Conington.)

“Navis, quae tibi creditum

Debes Virgilium, finibus Atticis

Reddas incolumem, precor;

Et serves animae dimidium meae.”

HORACE. *Odes*, I., 3, 5.

“So do thou, fair ship, that ow'st
Virgil, thy precious freight, to Attic coast,
Safe restore thy loan and whole,
And save from death the partner of my soul.”—(Conington.)

“Ne cures, si quis tacito sermone loquatur;
Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.”

DIONYSIUS CATO. *Disticha de Moribus*, I., 17.

“Care not if some one whispers when you're by;
'Tis only the self-conscious man who thinks
That no one talks of anything but him.”

“(Quapropter) ne dicet quidem salse, quoties poterit, et dictum potius
aliquando perdet, quam minuet auctoritatem.”

QUINTILIAN. *De Institutione Oratoria*, VI., 3, 90.

“We should not give utterance to every witticism which occurs to us, and
we should on occasion lose the chance of a *bon mot*, rather than derogate
from our dignity.”

“Ne e quovis ligno Mercurius fiat.”

ERASMUS. *Adagiorum Chiliades*, “*Munus aptum*”.

“Not every wood is fit for a statue of Mercury.”

“Ne prodigus esse
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo duramque famem propellere possit.”

HORACE. *Satires*, I., 2, 4.

“From fear of being called extravagant,
He'll from a friend withhold c'en what he needs
To keep at bay both cold and hunger sore.”

“Ne pudeat, quae nescieris, te velle doceri:
Scire aliquid laus est; culpa est, nil discere velle.”

DIONYSIUS CATO. *Disticha de Moribus*, IV., 29.

“Feel then no shame at the desire to learn: for laudable
Is knowledge; what we blame is not to wish for learning.”

“Ne pueros coram populo Medea trucidet.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 185.

“Not in the audience' sight Medea must slay
Her children.”

“Ne scutica dignum horribili sectere flagello.”

HORACE. *Satires*, I., 8, 119.

“What merits but the rod, punish not with the cat.”

“Ne securus amet, nullo rivale, caveto:

Non bene, si tollas proelia, durat amor.” OVID. *Amores*, I., 8, 95.

“Be sure he has a rival in thy love,
For without contest love shall not endure.”

“Ne supra crepidam judicaret (sutor).”

PLINY THE ELDER. *Natural History*, XXXV., 36 (10).

“The cobbler should not venture an opinion beyond his last.”

(Generally quoted, “*Ne sutor ultra crepidam*”.)

“Nec belua tetricior ulla
Quam servi rabies in libera torga furentis.”

CLAUDIANUS. *In Eutropium*, I., 183.

“No savage beast is fiercer than a mob
Of slaves, with fury raging 'gainst the free.”

“Nec civis erat qui libera posset
Verba animi proferre, et vitam impendore vero.”

JUVENAL. *Satires*, IV., 90.

“Who shall dare thus liberty to take,
When every word you hazard, life's at stake.”—(Gifford.)

“Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Incidet.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 191.

“Bring in no god, save as a last resource.”—(Conington.)

“Nec difficile erit videre, quomodo efficacia cum suavitate conjungi
debeat, ut et fortes in fine consequendo et suaves in modo asse-
quendi simus.”

CLAUDIUS AQUAVIVA. *Ad Curandos Animae Morbos* (Rome, 1606),
Cap. II., p. 18.

“It will easily be seen how we should combine force and gentleness, so as
to be at once firm in the pursuit of our end, and gentle in the methods
of our pursuing.”

(Hence the phrase, “*Suaviter in modo, fortiter in re*”.)

“Nec dulcia carmina quaeras;
Ornari res ipsa negat, contenta doceri.”

MANILIUS. *Astronomicon*, III., 39.

“Ask not for graceful verse; all ornament
My theme forbids, content if it be taught.”

“Nec ego id quod deest antiquitati flagito potius quam laudo quod est;
praesertim quum ea majora judicem quae sunt, quam illa quae
desunt.”

CICERO. *Orator*, L., 169.

“I am quite as ready to praise what is found in antiquity as to blame
what is missing; especially as, in my opinion, its qualities outweigh
its defects.”

“Nec enim poterat fieri ut ventus bonis viris secundus, contrarius
malis.”

SENECA. *De Beneficiis*, IV., 28, 3.

“It was not to be expected that the same breeze would be favourable to
the good, and contrary to the wicked.”

“Nec enim unquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod
monet, mature fieri senem, si diu velis senex esse.”

CICERO. *De Senectute*, X., 32.

“I have never admitted the truth of the old and accepted saying, which
asserts that you will early become an old man, if you have long desired
to be one.”

“Nec eventus modo hoc docet (stultorum iste magister est).”

LIVY. *Histories*, XXII., 89.

“We do not learn this only from the event, which is the master of fools.”

“Nec fabellas aniles proferas.”

CICERO. *De Natura Deorum*, III. 5, 12.

“Do not tell us your old wives' tales.”

“Cervius haec inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas.”

HORACE. *Satires*, II., 6, 77.

“Neighbour Cervius, with his rustic wit,
Tells old wives' tales.”—(Conington.)

“ Nec forma aeternum, aut cuiquam est fortuna perennis,
Longius aut propius mors sua quemque manet.”

PROPERTIUS. *Elegies*, III., 25, 11 (II., 28, 57).

“ Beauty nor fortune will be ours for aye;
Or near or far Death waits for every man.”

“ Nec frons triste rigens nimisque in moribus horror:
Sed simplex hilarisque fides, et mixta pudori
Gratia.”

STATIUS. *Silvae*, V., 1, 64.

“ No stern sad brow was his,
That ever frowned on conduct's smallest slip,
But cheerful, simple honesty, where grace
Mingled with modesty.”

“ Nec grata est facies cui Gelasinus abest.”

MARTIAL. *Epigrams*, VII., 25, 6.

“ Unpleasing is the face where smiles are not.”

“ Nec historia debet egredi veritatem, et honeste factis veritas sufficit.”

PLINY THE YOUNGER. *Epistolae*, VII., 33.

“ History should not overstep the limits of truth, and indeed, in recording
noble deeds, the truth is sufficient.”

“ Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.”

HORACE. *Epistolae*, I., 14, 86.

“ No shame I deem it to have had my sport;
The shame had been in frolics not cut short.”—(Conington.)

“ Nec me meminisse pigebit Elissae,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.”

VIRGIL. *Aeneid*, IV., 395.

“ While memory lasts and pulses beat,
The thought of Dido shall be sweet.”—(Conington.)

“ Nec me pudet ut istos, fateri nesciro quod nesciam.”

CICERO. *Tusculanae Disputationes*, I., 25.

“ I am not, like some men, ashamed to confess my ignorance when I do
not know.”

“ Nec me vis ulla volentem
Avertet, non si tellurem effundat in undas,
Diluvio miscens, coelumque in Tartara solvat.”

VIRGIL. *Aeneid*, XII., 203.

“ No violence shall my will constrain,
Though earth were scattered in the main
And Styx with ether blent.”—(Conington.)

“ Nec modus est ullus investigandi veri, nisi inveneris: et querendi
defatigatio turpis est, quum id quod quaeritur sit pulcherrimum.”

CICERO. *De Finibus*, I., 1, 3.

“ There should be no end to the search for truth, other than the finding of
it; it is disgraceful to grow weary of seeking when the object of your
search is so beautiful.”

“ Nec mora, nec requies.”

VIRGIL. *Georgics*, III., 110.

“ Naught of delay is there, or of repose.”

“Nec posse dari regalibus usquam
Secretum vitiis: nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat et abstrusos explorat fama recessus.”

CLAUDIANUS. *De Quarto Consulatu Honorii*, 272.

“Kings can have
No secret vices, for the light that shines
On those who've climbed to Fortune's highest peaks
Leaves naught in darkness; every lurking-place
Fame enters, and its hidden nooks explores.”

“Nec quibus rationibus superare possent, sed quemadmodum uti
victoria deberent, cogitabant.”

CAESAR. *De Bello Civili*, III., 83.

“They were thinking less of the steps to be taken to secure victory, than
of the use to which that victory was to be put.”

“Nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, praeter
studium sapientiae.” CICERO. *De Officiis*, II., 2, 5.

“Philosophy, if you ask the meaning of the word, is nothing else but the
love of wisdom.”

“Nec quidquam difficilius, quam reperire quod sit omni ex parte in
suo genere perfectum.” CICERO. *De Amicitia*, XXI., 79.

“Nothing is more difficult than to find anything which is perfect in every
part after its own kind.”

“Nec satis appetet, cur versus factitet.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 470.

“None knows the reason why this curse
Was sent on him, this love of making verse.”—(Conington.)

“Nec scire fas est omnia.” HORACE. *Odes*, IV., 4, 22.

“Tis not God's will that we should all things know.”

“Nec semper feriet quodcunque minabitur arcus.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 350.

“And the best bow will sometimes shoot awry.”—(Conington.)

“Nec solem proprium natura nec aera facit

Nec tenues undas.” OVID. *Metamorphoses*, VI., 349.

“Not for one man's delight has Nature made
The sun, the wind, the waters; all are free.”

“Nec sunt enim beati, quorum divitias nemo novit.”

APULEIUS. *Metamorphoses*, V., 10.

“They have no happiness in wealth, whose wealth is known to none.”

“Nec tantum prodere vati,
Quantum scire licet.” LUCAN. *Pharsalia*, V., 176.

“It is not lawful for the seer to impart
All that he knows.”

“Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti:
Nescit amor priscis cedero imaginibus.”

PROPERTIUS. *Elegies*, I., 5, 23.

“Thy noble birth will aid thee not in love,
Little recks love of thy forefathers' busts.”

“Nec tumulum euro. Sepelit natura relictos.”

MAECENAS. *Quoted by Seneca, Epistolae*, XCII., 35.

“Naught care I for a tomb, for Nature buries those who are left.”

“Nec unquam
Publica privatae cesserunt commoda causa.”

CLAUDIANUS. *De Laudibus Stilichonis*, I., 298.

“Ne'er has he put the public weal aside
To work for his own benefit.”

“Nec unquam satis fida potentia, ubi nimia est.”

TACITUS. *History*, II., 92.

“There can never be a complete confidence in a power which is excessive.”
—(Church and Brodribb.)

“Nec vera virtus, cum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.”

HORACE. *Odes*, III., 5, 29.

“And genuine worth, expelled by fear,
Returns not to the worthless slave.”—(Conington.)

“Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 133.

“Nor, bound too closely to the Grecian Muse,
Translate the words whose soul you should transfuse.”—(Conington.)

“Nec vero habere virtutem satis est, quasi artem aliquam, nisi utare.
Etsi ars quidem, quum ea non utare, scientia tamen ipsa toneri
potest, virtus in usu sui tota posita est.”

CICERO. *De Republica*, I., 2, 2.

“It is not enough to possess virtue, as though it were an art, unless we use
it. For although, if you do not practise an art, you may yet retain it
theoretically, the whole of virtue is centred in the exercise of virtue.”

“Nec vero me fugit, quam sit acerbum, parentum scelera filiorum
poenis lui.”

CICERO. *Ad Brutum*, I., 12, 2.

“It does not escape me that it is a cruel thing for the children to suffer
for their parents' misdeeds.”

“Nec vero pietas adversus deos, nec quanta his gratia debatur, sine
explicatione naturae intelligi potest.”

CICERO. *De Finibus*, III., 22, 73.

“It is not possible to understand the meaning of reverence for the gods,
nor how great a debt of gratitude we owe them, unless we turn to
nature for an explanation.”

“Nec vero superstitione tollenda religio tollitur.”

CICERO. *De Divinatione*, II., 72, 148.

“We do not destroy religion by destroying superstition.”

“Nec vixit male, qui natus moriensque fecerit.”

HORACE. *Epistolae*, I., 17, 10.

“Life unnoticed is not lived amiss.”—(*Conington.*)

“Nec voluptatem requirentes, nec fugientes laborem.”

CICERO. *De Finibus*, V., 20, 57.

“Neither seeking pleasure nor avoiding toil.”

“Necesse est enim in immensum exeat cupiditas quae naturalem modum transiliit.”

SENECA. *Epistolae*, XXXIX., 5.

“Greed which has once overstepped natural limits is certain to proceed to extremes.”

“Necesse est facere sumptum qui quaerit lucrum.”

PLAUTUS. *Asinaria*, Act I., Sc. III., 65.—(*Cleacreta.*)

“He who'd seek for gain must be at some expense.”

—(*Bonnell Thornton.*)

“Ne dubites, quum magna petis, impendere parva.”

DIONYSIUS CATO. *Disticha de Moribus*, I., 35.

“Do not hesitate over small disbursements when you are aiming at great results.”

“Necesse est multos timeat quem multi timent.”

LABERIUS. *Ex incertis fabulis*, Fragment III. (Ribbeck, *Scenicae Romanorum Poesis Fragmenta.*)

“He must perforce fear many whom many fear.”

“Multis terribilis caveto multos.”

AUSONIUS. *Septem Sapientium Sententiae*, Periander, 5.

“If you are a terror to many, then beware of many.”

“Multos timere debet, quem multi timent.”

BACON. *Ornamenta Rationalia*, 32.

“He of whom many are afraid ought to fear many.”—(*Bacon.*)

“Necessitas ante rationem est: maxime in bello, quo raro permittitur tempora eligere.”

QUINTUS CURTIUS. *De Rebus Gestis Alexandri Magni*, VII., 7, 10.

“Necessity is stronger than judgment; especially in war, where we are rarely permitted to select our opportunity.”

“Necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile.”

SENECA. *De Tranquillitate Animi*, X., 1.

“Necessity teaches us to bear misfortunes bravely; habit to bear them easily.”

“Necessitas non habet legem.”

LANGLAND. *Piers the Plowman* (*Skeat's ed.*), *Pass. XIV.*, 45.

“Necessity has no law.”

“Necessitas plus posse quam pietas solet.”

SENECA. *Troades*, 590.—(*Ulysses.*)

“Necessity is stronger than loyalty.”

“Nefas nocere vel malo fratri puta.”

SENECA. *Thyestes*, 219.—(*Satelles.*)

“Consider it a crime to injure a brother, even though he be unbrotherly.”

“Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.” CICERO. *De Officiis*, I., 28, 99.

“To pay no attention to what is said of one, is a mark not of pride only, but of complete want of principle.”

“Neminem cito laudaveris, neminem cito accusaveris: semper puta te coram diis testimonium dicere.” SENECA. *De Moribus*, 76.

“Be not too hasty either with praise or blame; speak always as though you were giving evidence before the judgment-seat of the gods.”

“Nemo ad id soro venit, unde nunquam,
Cum semel venit, poterit reverti.”

SENECA. *Hercules Furens*, 869.—(*Chorus*.)

“Tis ne'er too late to reach the point from which,
When once 'tis reached, there can be no return.”

“Nemo autem regere potest, nisi qui et regi.”

SENECA. *De Ira*, II., 15, 4.

“No one can rule, who cannot also submit to authority.”

“Nemo secure praeost nisi qui libenter subest.”

THOMAS à KEMPIS. *De Imitatione Christi*, I., 20, 2.

“No one can safely be in authority who does not willingly submit to authority.”

“Nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiam dixit esse.”

CICERO. *Ad Atticum*, XVI., 7, 8.

“No wise man ever called a change of plan inconsistency.”

“Nemo enim est tam senex, qui se annuin non putet posso vivere.”

CICERO. *De Senectute*, VII., 24.

“There is no one so old but thinks he can live a year.”

“Nemo enim potest personam diu ferre.”

SENECA. *De Clementia*, I., 1, 6.

“No one can wear a mask for very long.”

“Nemo est tam fortis, quin rci novitate perturbetur.”

CAESAR. *De Bello Gallico*, VI., 89.

“No one is so brave as not to be disconcerted by unforeseen circumstances.”

“Major ignorantiarum rerum est terror.”

LIVY. *Histories*, XXVIII., 44.

“Greater is our terror of the unknown.”

“Etiam fortis viros subitis terrori.”

TACITUS. *Annals*, XV., 59.

“Even brave men are dismayed by sudden perils.”

—(*Church and Brodrich*.)

“Nemo facile cum fortunae suae conditione concordat.”

BOETHIUS. *De Consolacione Philosophiae*, II., Prosa 4.

“No one is perfectly satisfied with what fortune allots him.”

“Nemo igitur vir magnus sine aliquo afflatus divino unquam fuit.”

CICERO. *De Natura Deorum*, II., 66, 167.

“There was never a great man without some breath of the Divine afflatus.”

“Nemo illuc vitia ridet, nec corrumpere et corrupti sacrum vocatur.”
TACITUS. *Germania*, XIX.

“No one there considers vice a thing to be laughed at, nor thinks that corrupting and being corrupted constitute a glorious age.”

“Nemo liber est qui corpori servit.” SENECA. *Epistolae*, XCII., 33.
“No one is free who is a slave to the body.”

“Nemo malus felix.” JUVENAL. *Satires*, IV., 8.
“Peace visits not the guilty mind.”—(Gifford.)

“Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus est munere.” CICERO. *Tusculanae Disputationes*, I., 45, 109.
“No one has lived too short a life, who has faultlessly discharged the duties imposed by faultless virtue.”

“Nemo repente fuit turpissimus.” JUVENAL. *Satires*, II., 83.
“None become at once completely vile.”—(Gifford.)

“Nemo secure loquitur, nisi qui libenter tacet.”
THOMAS à KEMPIS. *De Imitatione Christi*, I., 20, 2.
“No one can talk without danger who is not ready also to be silent.”

“Nemo silens placuit; multi brevitate loquendi.”
AUSONIUS. *Epistolae*, XXV., 44.

“None by silence please; many by brevity.”

“Nemo solus satis sapit.”
PLAUTUS. *Miles Gloriosus*, Act III., Sc. III., 12.
—(Periplectomenes.)

“Two heads are better, as they say, than one.”—(Bonnell Thornton.)

“Nemo tam divos habuit faventes,
Crastinum ut possit sibi polliceri.”
SENECA. *Thyestes*, 619.—(Chorus.)

“No man has the gods so strongly on his side that he can promise himself a to-morrow.”

“Nemo tam senex est ut improbe unum diem speret.”
SENECA. *Epistolae*, XII., 6.

“No one is so old that he may not rightly hope to live one day more.”

“Nemo tam timidus est ut malit semper pendere quam semel cadere.”
SENECA. *Epistolae*, XXII., 3.

“No one is so timid as not to prefer one fall to perpetual suspense.”

“Nemo unquam imperium flagitio quaesitum bonis artibus exercuit.”
TACITUS. *History*, I., 30.

“Never yet has any one exercised for honourable purposes the power obtained by crime.”—(Church and Brodribb.)

“Nemo unquam neque poeta neque orator fuit, qui quemquam meliorem quam se arbitraretur.” CICERO. *Ad Atticum*, XIV., 20, 3.

“There has never yet been either a poet or an orator who did not consider himself the greatest in the world.”

“Nequam illud verbum ‘st ‘Bene volt,’ nisi qui bene facit.’”
PLAUTUS. *Trinummus*, *Act II.*, *Sc. IV.*, 38.—(Stasimus.)

“‘Best wishes !’ what avails that phrase, unless
Best services attend them ?”—(Bonnell Thornton.)

“Neque
Diffinget infectumque reddet
Quod fugiens semel hora vexit.” HORACE. *Odes*, *III.*, 29, 46.
“Nor cancel as a thing undone
What once the flying hour has brought.”—(Conington.)

“Neque ego, Quirites, hortor, ut jam malitis cives vestros perperam,
quam recte, fecisse: sed ne, ignoscendo malis, bonos perditum
eatis. Ad hoc, in republica, multo praestat beneficij quam
maleficij immemorem esse.” SALLUST. *Jugurtha*, *XXXI*.

“I do not ask that you should prefer to see your fellow-citizens pursuing
dishonest rather than honest courses: but that you should beware lest,
by pardoning the criminal, you bring destruction upon the law-abiding.
To this end it is far more advantageous to the community that you
should be unmindful of services than of offences.”

“Neque enim est quisquam tam malus, ut videri velit.”
QUINTILIAN. *De Institutione Oratoria*, *III.*, 8, 44.

“No one is wicked enough to wish to appear wicked.”

“Neque enim fas est homini cunctas divini operis machinas, vel
ingenio comprehendere, vel explicare sermone.”
BOËTHIUS. *De Consolazione Philosophiae*, *IV.*, *Prosa* 6.

“Man is not permitted either to understand fully or to explain all the
machinery by which God accomplishes his work.”

“Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et jocum facti
esse videamur; sed ad severitatem potius, et ad quaedam studia
graviora et majora.” CICERO. *De Officiis*, *I.*, 29, 108.

“Nature has not, in man, produced a being apparently fitted only for
sport and jest, but one destined for more serious things, for higher and
nobler pursuits.”

“Neque enim lex aequior ulla est
Quam necis artifices arte perire sua.”
OVID. *De Arte Amandi*, *I.*, 655.

“There is no law more just than that which has ordained
That who plots others’ death in his own toils shall die.”

“Neque enim minus apud nos honestas, quam apud alios necessitas
valet.” PLINY THE YOUNGER. *Epistole*, *IV.*, 10.

“Honour is with us as keen an incentive as necessity with others.”

“Neque enim potest quisquam nostrum subito fingi, neque cuiusquam
repente vita mutari, aut natura converti.”

CICERO. *Pro Sulla*, *XXV.*, 69.

“No one of us can suddenly assume a character, or instantly change his
mode of life, or alter his nature.”

“Neque enim quod quisque potest, id ei licet, nec si non obstat, propterea etiam permittitur.” CICERO. *Philippica*, XIII., 6, 14.

“It is not the case that whatever is possible to a man is also lawful, nor is a thing permitted simply because it is not forbidden.”

“Neque enim rectae voluntati serum est tempus ullum.”

QUINTILLIAN. *De Institutione Oratoria*, XII., 1, 81.

“It is never too late for good resolutions.”

“Neque enim soli judicant, qui maligne legunt.”

PLINY THE YOUNGER. *Epistolae*, IX., 38.

“There are other judges besides those who take the hostile view.”

“Neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, neque misera sapienti.”

CICERO. *In Catilinam*, IV., 2, 3.

“Death cannot be dishonourable to the brave man, or premature to him who has held high office, or lamentable to the philosopher.”

“Neque enim ullus alius discordiarum solet esse exitus, inter claros et potentes viros, nisi aut universus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum.”

CICERO. *De Haruspicu Responsis*, XXV., 54.

“When men of eminence and power are driven to take up arms against each other, one of two things is certain to happen: either both parties are completely annihilated, or the victor becomes master and sovereign of the state.”

“Neque est omnino ars ulla, in qua omnia quae illa arte effici possint, a doctore tradantur.” CICERO. *De Oratore*, II., 16, 69.

“There is no art of which all the possibilities are capable of being imparted by a teacher.”

“Neque est ullum amicitiae certius vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum.”

CICERO. *Pro Plancio*, II., 5.

“There is no surer bond of friendship than an identity and community of ideas and tastes.”

“Neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt.”

S. SULPICRUS. (*Cicero, ad Familiares*, IV., 5, 5.)

“Do not imitate those unskilful physicians who profess to possess the healing art in the diseases of others, but are unable to cure themselves.”

“Neque lac lacti magis est simile, quam ille ego similis est mei.”

PLAUTUS. *Amphitryo*, Act II., Sc. I., 54.—(*Amphitryo*.)

“One drop of milk is not more like another than that I Is like to me.”—(*Bonnell Thornton*.)

“Neque laus in copia neque culpa in penuria consistit.”

APULEIUS. *De Magia*, XX.

“It is no credit to be rich and no disgrace to be poor.”

“Neque mala vel bona quae vulgus putet.”

TACITUS. *Annals*, VI., 22.

“Good and evil, again, are not what vulgar opinion accounts them.”
—(Church and Brodribb.)

“Neque me vixisse poenitet, quoniam ita vixi ut non frustra me natum existimem.” CICERO. *De Senectute*, XXIII., 84.

“I am not sorry to have lived, since my life has been such that I feel I was not born in vain.”

“Neque praeterquam quas ipse amor molestias

Habet addas: et illas quas habet recte feras.”

TERENCE. *Eunuchus*, Act I., Sc. I., 32.—(Parmeno.)

“Do not add to love

More troubles than it has, and those it has

Bear bravely.”—(George Colman.)

“Neque quidquam hic vile nunc est, nisi mores mali.”

PLAUTUS. *Trinummus*, Act I., Sc. I., 10.—(Megaronides.)

“There's nothing cheap or common here just now save evil living.”

“Neque semper arcum

Tendit Apollo.”

HORACE. *Odes*, II., 10, 19.

“Not always does Apollo bend his bow.”

“Nervis alienis mobile lignum.”

HORACE. *Satires*, II., 7, 82.

“A doll that moves when others pull the wires.”

“Nervos belli, pecuniam (largiri).”

CICERO. *Philippica*, V., 2, 5.

“Money, the sinews of war.”

“Nescia mens hominum fati sortisque futurae,

Et servare modum, rebus sublata secundis.”

VIRGIL. *Aeneid*, X., 501.

“O impotence of man's frail mind

To fate and to the future blind,

Presumptuous and o'erweening still

When Fortune follows at its will!”—(Conington.)

“Nescio qua natale solum dulcedine captos

Ducit, et immemores non sinit esse sui.”

OVID. *Epistolae ex Ponto*, I., 8, 85.

“By some strange charm our native land doth hold

Us captive, nor permits that we should e'er

Forget her.”

“(Ibam forte Via Sacra, sicut meus est mos)

Nescio quid meditans nugarum, totus in illis.”

HORACE. *Satires*, I., 9, 2.

“Along the Sacred Road I strolled one day,

Deep in some bagatelle (you know my way).”—(Conington.)

“Nescio quid profecto mihi animus praesagit mali.”

TERENCE. *Heautontimorumenos*, Act II., Sc. II., 7.—(Clinia.)

“My mind forebodes I know not what of ill.”—(George Colman.)

“Nescire autem quid ante quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum.” CICERO. *Orator*, XXXIV, 120.

“To know nothing of what happened before you were born, is to remain for ever a child.”

“Nescire quaedam magna pars sapientiae est.”

HUGO DE GROOT (GROTRUS.) *Epigrams*, Bk. I., *Erudita ignorantia*, 16,—Amsterdam, 1670, p. 229.

“Ignorance of certain subjects is a great part of wisdom.”

“Nescit enim simul incitata liberalitas stare, cuius pulchritudinem usus ipse commendat.” PLINY THE YOUNGER. *Epistolae*, V., 12.

“Generosity once aroused cannot remain inactive, for it is a quality whose beauties are enhanced by its exercise.”

“Neu regio foret ulla suis animantibus orba,
Astra tenent coeleste solum formaeque deorum,
Cesserunt nitidis habitandae piscibus undae,
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.
Sanctius his animal, mentisque capacius altae
Deerat adhuc, et quod dominari in caetera posset.
Natus homo est.”

OVID. *Metamorphoses*, I., 72.

“Then, that no region of the universe
Should void of life remain, the floor of heaven
Was peopled with the stars and godlike forms,
The seas became the abode of glittering fish,
Earth took the beasts and mobile air the birds.
A holier animal was wanting still
With mind of wider grasp, and fit to rule
The rest. Then man was born.”

“Neutquam officium liberi esse hominis puto,
Cum is nihil promereat, postulare id gratiae apponi sibi.”

TERENCE. *Andria*, Act II., 1, 30.—(*Pamphilus*.)

“It is, I think, scarce honesty in him
To look for thanks who means no favour.”—(*George Colman*.)

“Ni

Posces ante diem librum cum lumine; si non
Intendes animum studiis et rebus honestis,
Invidia vel amore vigil torquebere.” HORACE. *Epistolae*, I., 2, 34.

“Unless you light your lamp ere dawn and read
Some wholesome book that high resolves may breed,
You'll find your sleep go from you, and will toss
Upon your pillow, envious, lovesick, cross.”—(*Conington*.)

“Nihil amori injurium est.”

PLAUTUS. *Cistellaria*, Act I., Sc. I., 105.—(*Lena*.)

“There is naught will give offence to love.”

“Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest ratio: licet felicitas aspirare videatur, tamen ad ultimum temeritati non sufficit.”

QUINTUS CURTIUS. *De Rebus Gestis Alexandri Magni*, IV., 14, 19.

“Nothing can be long-lived which is not based on reason: though fortune may seem favourable, yet it will in the end leave overweening confidence in the lurch.”

“ Nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaque senioribus tradam.” TACITUS. *Annals, XI.*, 27.

“ This is no story to excite wonder ; I do but relate what I have heard, and what our fathers have recorded.”—(*Church and Brodribb.*)

“ Nihil debet esse in philosophia commentitiis fabellis loci.” CICERO. *De Divinatione, II.*, 88, 80.

“ There should be no place in philosophy for fanciful stories.”

“ Nihil decet invita Minerva, ut aiunt, id est adversante et repugnante natura.” CICERO. *De Officiis, I.*, 31, 110.

“ Nothing is becoming to us which is against the will of Minerva, as the saying is: that is to say, contrary to, or repugnant to, nature.”

“ Nihil enim est tam contrarium rationi et constantiae quam fortuna.” CICERO. *De Divinatione, II.*, 7, 18.

“ Nothing is so unreasonable and inconsistent as fortune.”

“ Nihil enim honestum esse potest quod justitia vacat.” CICERO. *De Officiis, I.*, 19, 62.

“ Right cannot be where justice is not.”

“ Nihil enim in speciem fallacius est, quam prava religio.” LIVY. *Histories, XXXIX.*, 16.

“ There is nothing that is more often clothed in an attractive garb than a false creed.”

“ Nihil enim pejus est iis, qui paullum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiae persuasionem induerunt.” QUINTILIAN. *De Institutione Oratoria, I.*, 1, 8.

“ There is nothing more detestable than a man who, because he has learned a little more than the alphabet, thinks that he has been initiated into the deepest secrets of science.”

“ Nihil enim rerum ipsa natura voluit magnum effici cito.” QUINTILIAN. *De Institutione Oratoria, X.*, 3, 4.

“ Nature herself has never attempted to effect great changes rapidly.”

“ Nihil enim semper floret, aetas succedit aetati.” CICERO. *Philippica, XI.*, 15, 89.

“ Nothing flourishes for ever ; each generation gives place to its successor.”

“ Nihil esse tam sanctum (dictitat) quod non violari, nihil tam munitum quod non expugnari pecunia possit.” CICERO. *In Verrem, I.*, 2, 4.

“ There is no sanctuary so holy that money cannot profane it, no fortress so strong that money cannot take it by storm.”

“ Nihil est ab omni
Parte beatum.” HORACE. *Odes, II.*, 16, 27.

“ There's nothing that from every side is blest.”

“ Nihil est aliud bene et beate vivere, nisi honeste et recte vivere.” CICERO. *Paradoxa, I.*, 15.

“ To live well and happily is nothing else than to live honestly and uprightly.”

“Nihil est, Antipho,
Quin male narrando possit depravarier.”

TERENCE. *Phormio, Act IV., Sc. IV.,* 15.—(*Geta.*)

“No tale's so good
But in the telling you may spoil it, Antipho.”

“Nihil est autem tam volucre quam maledictum: nihil facilius
emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur.”

CICERO. *Pro Plancio, XXIII.,* 57.

“There is nothing swifter than calumny; nothing is more easily set on
foot, more quickly caught up, or more widely disseminated.”

“Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum
varietates, fortunaeque vicissitudines: quae etsi nobis optabiles
in experiendo non fuerint, in legendu tamen erunt jucundae.
Habet enim praeteriti doloris secura recordatio delectationem.”

CICERO. *Ad Familiares, V.,* 12, 4.

“There is nothing better calculated to delight your reader than the vicis-
situdes of fortune, and the changes which time brings with it: though,
while we experienced them, they have seemed perhaps undesirable,
yet we shall find pleasure in reading of them. It is delightful when
in smooth water to recall the stormy times that are past.”

“Nihil est enim de quo minus dubitari possit, quam et honesta ex-
petenda per se, et eodem modo turpia per se esse fugienda.”

CICERO. *De Finibus, III.,* 11, 38.

“There is nothing about which we can have less doubt, than that good is
to be sought for its own sake, and evil for its own sake to be avoided.”

“Nihil est enim tam insigne nec tam ad diuturnitatem memoriae
stabile, quam id in quo aliquid offenderis.”

CICERO. *De Oratore, I.,* 28, 129.

“Nothing attracts so much attention, or retains such a hold upon men's
memories, as the occasion when you have made a mistake.”

“Nihil est enim tam miserabile quam ex beato miser.”

CICERO. *De Partitione Oratoria, XVII.,* 57.

“Nothing is so pitiable as a poor man who has seen better days.”

“Nihil est enim tam molle, tam tenerum, tam aut fragile aut flexible,
quam voluntas erga nos, sensusque civium: qui non modo
improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in recte factis
saepe fastidunt.”

CICERO. *Pro Milone, XVI.,* 42.

“There is nothing so susceptible, so tender, so easily broken or bent, as
the goodwill and friendly disposition towards us of our fellow-citizens.
Not only are they alienated by any want of uprightness on the part of
those seeking their suffrages, but at times even they take exception to
what has been rightly done.”

“Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil
fallacius ratione tota comitiorum.”

CICERO. *Pro Murena, XVII.,* 96.

“Nothing is more uncertain than the masses, nothing more difficult to
gauge than the temper of the people, nothing more deceptive than the
opinions of the electors.”

“Nihil est miserius quam animus hominis conscientius,
Sicut me habet.”

PLAUTUS. *Mostellaria, Act III., Sc. I.*, 12.—(*Trario.*)

“Nothing so wretched as a guilty conscience,
And such plagues me.”—(*Bonnell Thornton.*)

“Nihil est miserum, nisi cum putes.”

BOËTHIUS. *De Consolatione Philosophiae, II., Prosa 4.*

“Nothing is lamentable unless you think it so.”

“Nihil est, quod studio et benevolentia, vel amore potius, effici non
possit.”

CICERO. *Ad Familiares, III.*, 9, 1.

“There is nothing which cannot be accomplished by affection and kindli-
ness, or perhaps, I should say, by love.”

“Nihil est tam fallax quam vita humana, nihil tam insidiosum: non
mehercules quisquam illam accepisset, nisi daretur inscientibus.”

SENECA. *Ad Marciam, de Consolatione, XXII.*, 3.

“Nothing is more deceptive than human life, nothing more full of snares:
it is a gift that none would ever have accepted, were it not that it is
given to us when we are ignorant of its meaning.”

“Nihil est tam incredibile quod non dicendo fiat probabile; nihil tam
horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione et
tanquam excolatur.”

CICERO. *Paradoxa, Proemium*, 3.

“There is nothing too incredible to be rendered probable by a skilful
speaker; there is nothing so uncouth, nothing so unpolished, that
eloquence cannot ennoble and refine it.”

“Nihil est toto, quod perstet, in orbe.

Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.”

OVID. *Metamorphoses, XV.*, 177.

“There's nothing constant in the universe,
All ebb and flow, and every shape that's born
Bears in its womb the seeds of change.”

“Nihil in bello oportere contemni.”

CORNELIUS NEPOS. *Thrasybulus*, 2.

“Nothing in war is unimportant enough to be overlooked.”

“Nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis quam
consulto opus est.”

TACITUS. *History, I.*, 62.

“In civil strife, where action is more necessary than deliberation, nothing
is safer than haste.”—(*Church and Brodrabb.*)

“Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest.”

CICERO. *De Oratore, I.*, 28, 128.

“Nothing is more rarely found among men than a consummate orator.”

“Nihil magis aegris prodest quam ab eo curari a quo volunt.”

MARCUS SENECA. *Excerpta Controversiarum, IV.*, 5.

“Nothing helps the sick more than to be attended by the doctor of their
choice.”

“Nihil non aggressuros homines, si magna conatis magna praemia
proponantur.”

LIVY. *Histories, IV.*, 85.

“There is nothing men will not attempt when great enterprises hold out
the promise of great rewards.”

“Nihil peccat, nisi quod nihil peccat.”

PLINY THE YOUNGER. *Epistolae*, IX., 26.

“He has no faults, except that he is faultless.”

“Nihil perpetuum, pauca diurna sunt.”

SENECA. *Ad Polybium, de Consolatione*, I., 1.

“Nothing is everlasting, little even of long duration.”

“Nihil potest placere quod non decet.”

QUINTILIAN. *De Institutione Oratoria*, I., 11, 11.

“Nothing can be pleasing which is not also becoming.”

“Nihil quicquam homini tam prosperum divinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis, ut etiam in amplissima quaque laetitia sub sit quaepiam vel parva quaerimonia, conjugatione quadam mellis et fellis.” APULEIUS. *Florida*, IV., 18.

“Never have the gods bestowed on man prosperity so complete as not to be in combination with some degree of difficulty, so that beneath our keenest joys lurks some small discontent, a blending, as it were, of honey and gall.”

“Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est quam fama potentiae non sua vi nixa.” TACITUS. *Annals*, XIII., 19.

“Of all things human the most precarious and transitory is a reputation for power which has no strong support of its own.”

—(*Church and Brodrribb.*)

“Nihil tam aequa proderit quam quiescere et minimum cum aliis loqui, plurimum secum.” SENECA. *Epistolae*, CV., 6.

“There is nothing more salutary than quiescence, and little converse with others, much with oneself.”

“Nihil tam difficile est quin quaerendo investigari possiet.”

TERENCE. *Heautontimorumenos*, Act IV., 2, 8.—(*Syrus.*)

“Nothing so difficult but may be won
By industry.”—(*George Colman.*)

mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens
eorum est.” CAESAR. *De Bello Gallico*, III., 19.

“While the Gallic temper is always ready and eager to embark upon war,
when disaster has to be faced they show themselves to be deficient in
manliness and steadfastness.”

“Ut aetas mala, merx mala est tergo!
Nam res plurimas pessimas, quum advenit, affert;
Quas si autem omneis, nimis longus sermo sit.”

PLAUTUS. *Menaechmi, Act V., Sc. II., 6.*—(*Senex.*)

“Old age is a sad pedlar; on his back
Carrying along a pack of grievances.
It would be tedious to recount them all.”

—(*Bonnell Thornton.*)

“Ut ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest, sic
sine doctrina animus.”

CICERO. *Tusculanae Disputationes, II., 5, 13.*

“A mind without instruction can no more bear fruit than can a field,
however fertile, without cultivation.”

“Ut ameris, amabilis esto.” OVID. *De Arte Amandi, II., 107.*

“If you would be loved, be lovable.”

“Ut animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit,
Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.”

TERENCE. *Andria, Act II., Sc. I., 3.*—(*Charinus.*)

“Till now my mind
Floated 'twixt hope and fear: now, hope removed,
Stunned and o'erwhelmed, it sinks beneath its cares.”

—(*George Colman.*)

“Ut corpora nostra lente augescunt, cito exstinguuntur, sic ingenia
studiaque oppresseris facilius quam revocaveris.”

TACITUS. *Agricola, III.*

“Just as our bodies grow slowly, but are destroyed in a moment, so is it
easier to crush talents and tastes out of existence than to call them
back to life.”

“Ut enim hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est
eloquentia.” CICERO. *Brutus, XV., 59.*

“As genius is man's brightest ornament, so it is eloquence that illuminates
genius itself.”

“Ut enim non omne vinum, sic non omnis aetas vetustate coacescit.”

CICERO. *De Senectute, XVIII., 65.*

“Neither every wine nor every life turns to vinegar with age.”

“Ut homo 'st, ita morem geras.”

TERENCE. *Adelphi, Act III., Sc. III., 77.*—(*Syrus.*)

“According to the man must be the lesson.”—(*George Colman.*)

“Ut lacrimae saepicule de gaudio prodeunt, ita et in illo nimio pavore
risum nequivi continere.” APULEIUS. *Metamorphoses, I., 12.*

“Just as tears often spring from joy, so, even in the extremity of my
terror, I could not control my laughter.”

“Ut natura dedit, sic omnis recta figura.”

PROPERTIUS. *Elegies, III., 10, 3 (II., 18, 25).*

“As nature made it every form is fair.”

“Ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinet.” CICERO. *Tusculanae Disputationes*, I., 38, 91.

“As we possessed nothing before birth, so will nothing remain to us after death.”

“Ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur.”

CICERO. *Pro Roscio Amerino*, XXVI., 75.

“Just as we do not find in every field every fruit and tree, so not every vice is produced in every life.”

“Ut odium et gratia desiere, jus valuit; petitaque criminibus haud ignotis sua manu sera magis quam immerita supplicia persolvit.”

TACITUS. *Annals*, VI., 26.—(Of Agrippina.)

“When hatred and favour had alike passed away, justice asserted itself.

Pursued by charges universally notorious, she suffered by her own hand a penalty tardy rather than undeserved.”—(Church and Brodribb.)

“Ut pictura poesis; erit quae, si proprius stes,
Te capiat magis, et quaedam, si longius abstes.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 361.

“Some poems, like some paintings, take the eye
Best at a distance, some when looked at nigh.”—(Conington.)

“Ut praeco, ad merces turbam qui cogit emendas,
Assentatores jubet ad lucrum ire poeta
Dives agris, dives positis in foenore nummis.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 419.

“As puffing auctioneers collect a throng,
Rich poets bribe false friends to hear their song:
Who can resist the lord of so much rent,
Of so much money at so much per cent.?”—(Conington.)

“Ut, qui deliquit, supplex est ultro omnibus!”

PLAUTUS. *Bacchides*, Act IV., Sc. IX., 101.—(Chrysalus.)

“How humble is to all,
And of his own accord, the guilty man!”—(Bonnell Thornton.)

“Ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suscipiatur.” CICERO. *Ad Quintum Fratrem*, I., 1, 4, 12.

“The better a man is, the less ready is he to suspect dishonesty in others.”

“Ut quisque suum volt esse, ita 'st.”

TERENCE. *Adelphi*, Act III., Sc. III., 45.—(Syrus.)

“As fathers form their children, so they prove.”—(George Colman.)

“Ut saepe summa ingenia in occulto latent.”

PLAUTUS. *Captivi*, Act I., Sc. II., 62.—(Ergasilus.)

“How greatest geniuses oft lie concealed.”—(Bonnell Thornton.)

“Ut satius unum aliquid insigniter, quam facere plurima mediocriter,
ita plurima mediocriter, si non possis unum aliquid insigniter.”

PLINY THE YOUNGER. *Epistolae*, IX., 29.

“While it is better to excel in one thing than to attain moderate success in many, yet we must be satisfied with moderate success in many things if we cannot attain supreme excellence in one.”

“Ut sementem feceris ita metes.”

PINARIUS RUFUS. (*Cicero, de Oratore, II.*, 65, 261.)

“As thou hast sown, so shalt thou reap.”

“(Nam) Ut servi volunt esse herum, ita solet:

Bonis boni sunt; improbi, qui malus fuit.”

PLAUTUS. *Mostellaria, Act IV.*, Sc. I., 16.—(*Phaniscus.*)

“As servants choose to have their master be,
Such is he. Good to the good, but to the bad,
Cruel and harsh.”—(*Bonnell Thornton.*)

“Ut silvae foliis pronus mutantur in annos,
Prima cadunt; ita verborum vetus interit aetas,
Et juvenum ritu florent modo nata videntque.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 60.

“When forests shed their foliage at the fall,
The earliest born still drops the first of all:
So fades the elder race of words, and so
The younger generations bloom and grow.”—(*Conington.*)

“Ut tragicci poetae, quum explicare argumenti exitum non potestis,
confugitis ad deum.” CICERO. *De Natura Deorum*, I., 20, 53.

“Like the tragic poets, when you cannot work out your *dénouement*
satisfactorily, you call the deity to your aid.”

“Ut vera laus ornat, ita falsa castigat.”

SIDONIUS APOLLINARIS. *Epistolae*, VIII., 10. (*Migne's Patrologiae Cursus*, Vol. LVIII., 231.)

“True praise is an honour, false flattery a reproof.”

“Ut vides, κλιμακτήρα communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum evasimus.”

AUGUSTUS. *Epistola ad Caium*. (*Quoted by Aulus Gellius, Noctes Atticae*, XV., 7, 3.)

“As you see, we have reached the climacteric of all old men, the sixty-third year.”

“Uterne

Ad casus dubios fidet sibi certius? hic qui
Pluribus assuerit mentem corpusque superbum,
An qui, contentus parvo metuensque futuri,
In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?”

HORACE. *Satires*, II., 2, 107.

“Which will feel

More confidence in self, come woe, come weal:
He that, like you, by long indulgence plants
In body and in mind a thousand wants,
Or he who, wise and frugal, lays in stores
In view of war, ere war is at the doors?”—(*Conington.*)

“Uti possidetis.” JUSTINIAN. *Institutes*, IV., 15, 4.

“Retaining what you hold.”

“Utilis interdum est ipsis injuria passis.”

OVID. *Heroides*, XVII., 187.

“Ofttimes they benefit who suffer wrong.”

“Utinam lex esset eadem, quae uxori est, viro :
Nam uxor contenta est, quae bona est, uno viro :
Qui minus vir una uxore contentus siet ?”

PLAUTUS. *Mercator, Act IV., Sc. VI., 7.*—(*Syra.*)

“Would the same law hold good for man and wife !
For since a wife, if she's an honest woman,
Will be contented with her husband ; why
Should not the husband also with his wife ?”

—(*Bonnell Thornton.*)

“Utinam populus Romanus unam cervicem haberet.”

CALIGULA. (*Suetonius, IV., 30.*)

“Would that the people of Rome had but one neck !”

“Utinam tam facile vera invenire possim quam falsa convincere.”

CICERO. *De Natura Deorum, I., 32, 91.*

“Would that it were as easy for me to find the true as to detect the false !”

“Utitur, in re non dubia, testibus non necessariis.”

CICERO. *De Officiis, II., 5, 16.*

“In a case which admits of no doubt he is calling unnecessary witnesses.”

“Utque comes radios per solis euntibus umbra,

Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit :

Moblie sic sequitur fortunae lumina vulgus :

Quae simul inducta nube teguntur, abit.”

OVID. *Tristia, I., 9, 11.*

“'Neath the sun's rays our shadow is our comrade ;

When clouds obscure the sun our shadow flees.

So Fortune's smiles the fickle crowd pursues,

But swift is gone whene'er she veils her face.”

“Utque in corporibus, sic in imperio, gravissimus est morbus, qui a capite diffunditur.”

PLINY THE YOUNGER. *Epistolae, IV., 22.*

“As in the human body, so in the body politic, the most serious diseases are those which originate in the head.”

“Utrum merito mihi ista accident, an immerito ? si merito, non est contumelia, judicium est. Si immerito, illi, qui injusta facit, erubescendum est.”

SENECA. *De Constantia Sapientis, XVI., 3.*

“Do I, or not, deserve such treatment ? If I do, then it is not a disgrace, but a judgment. If I do not, then it is for him to blush who has treated me unjustly.”

“Vade retro, Satana.” THE VULGATE. *St. Matthew, IV., 10.*

“Get thee behind me, Satan.”

“Vae victis.”

LIVY. *Histories, V., 48.*—(*Brennus at the sack of Rome.*)

“Woe to the conquered.”

“Valet ima summis
Mutare, et insignem attenuat deus,
Obscura promens.”

HORACE. *Odes, I., 34, 12.*

“He can lowliest change
And loftiest; bring the mighty down
And lift the weak.”—(Conington.)

“Vana quoque ad veros accessit fama timores.”

LUCAN. *Pharsalia, I., 464.*

“Vain rumour to well-grounded fear adds weight.”

“Vanitas vanitatum, et omnia vanitas.”

THE VULGATE. *Ecclesiastes, I., 2.*

“Vanity of vanities, and all is vanity.”

“Sanitas sanitatum, omnia sanitas.”

MÉNAGE. (*Menagiana, p. 166, Amsterdam, 1698.*)

“Sanity of sanities, all is sanity.”

“Vanitas est longam vitam optare, et de bona vita parum curare.”

THOMAS À KEMPIS. *De Imitatione Christi, I., 1, 4.*

“It is vanity to desire a long life, and to care little whether that life be well spent.”

“Varium et mutabile semper
Femina.”

VIRGIL. *Aeneid, IV., 569.*

“A woman’s will
Is changeful and uncertain still.”—(Conington.)

“Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis,
Aut largitate nimia, aut parsimonia.”

TERENCE. *Heautontimorumenos, Act III., Sc. I., 31.*—(*Chremes.*)

“You run into extremes; too niggardly,
Or too profuse.”—(George Colman.)

“Velocitas juxta formidinem, cunctatio propior constantiae est.”

TACITUS. *Germania, XXXI.*

“Haste is next door to panic, delay is nearer to firm courage.”

“Velox consilium sequitur poenitentia.”

PUBLILIUS SYRUS, 492.

“Hasty counsels are followed by repentance.”

“Velut aegri somnia.”

HORACE. *De Arte Poetica, 7.*

“Like a sick man’s dreams.”

“Velut silvis, ubi passim
Palantes error certo de tramite pellit,
Ille sinistrorum, hic dextrorum abit, unus utriusque
Error, sed variis illudit partibus.”

HORACE. *Satires, II., 3, 48.*

“Just as in woods, when travellers step aside
From the true path for want of some good guide,
This to the right, that to the left hand strays,
And all are wrong, but wrong in different ways.”—(Conington.)

“Venenum in auro bibitur.”

SENECA. *Thyestes, 453.*—(*Thyestes.*)

“Poison from a golden cup is drunk.”

“Veni, vidi, vici.” JULIUS CAESAR. (*Suetonius, I.*, 37.)
 “I came, I saw, I conquered.”

“Venienti occurrite morbo.” PERSIUS. *Satires, III.*, 64.
 “Meet misfortune half way.”

“Venisti tandem, tuaque exspectata parenti
 Vicit iter durum pietas?” VIRGIL. *Aeneid, VI.*, 687.
 “At last! and are you come at last?
 Has filial tenderness o’erpast
 Hard toil and peril sore?”—(*Conington.*)

“Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: facta omnia celeriter,
 tanquam flosculi, decidunt, nec simulatum potest quidquam esse
 diuturnum.” CICERO. *De Officiis, II.*, 12, 48.
 “True glory strikes roots, and grows: ill-founded reputations, like flowers,
 soon wither, nor can anything last long which is based on pretence.”

“Verba puellarum, foliis leviora caducis,
 Inrita, qua visum est, ventus et unda ferunt.” OVID. *Amores, II.*, 16, 45.
 “Lighter than falling leaves are women’s words,
 And nothing worth; the sport of winds and waves.”

“Verbum non amplius addam.” HORACE. *Satires, I.*, 1, 121.
 “I will not add another word.”

“Verbum omne, quod non intellectum adjuvat, neque ornatum, vitio-
 sum dici potest.” QUINTILIAN. *De Institutione Oratoria, VIII.*, 8, 55.
 “Every word is a blemish which does not make either for intelligibility or
 ornament.”

“(Vulgoque) Veritas jam attributa vino est.” PLINY THE ELDER. *Natural History, XIV.*, 28.
 “One of the qualities commonly assigned to wine is truth.”

“Veritas odium parit.” AUSONIUS. *Ludus Septem Sapientum, Bias, 3.*
 “Truth is the mother of hatred.”

“Veritas visu et mora, falsa festinatione et incertis valescunt.” TACITUS. *Annals, II.*, 39.
 “Truth gains strength by notoriety and time, falsehood by precipitancy
 and vagueness.”—(*Church and Brodrabb.*)

“Veritatem laborare nimis saepe, aiunt, exstingui nunquam.” LIVY. *Histories, XXII.*, 89.
 “Truth, they say, is but too often in difficulties, but is never finally
 suppressed.”

“Veritatem Temporis filiam esse dixit.” AULUS GELLIUS. *Noctes Atticae, XII.*, 11, 2.
 “Truth is the daughter of Time.”

“Veritatis cultores, fraudis inimici.” CICERO. *De Officiis, I.*, 30, 109.
 “Followers of truth, enemies of deceit.”

“Veritatis simplex oratio est.” SENECA. *Epistolae, XLIX.*, 12.

“The language of truth is simple.”

“Versiculos in me narratur scribere Cinna.

Non scribit, cuius carmina nemo legit.”

MARTIAL. *Epigrams, III.*, 9, 1.

“Cinna, they say, 'gainst me is writing verses :

He can't be said to write whom no one reads.”

“Versus inopes rerum, nugaeque canorae.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 322.

“Verses of weight devoid, and tuneful trifles.”

“Verterit hunc dominus, momento turbinis exit

Marcus Dama.” PERSIUS. *Satires, V.*, 78.

“Let his master twirl this knave about,

And Marcus Dama, in a trice, steps out.”—(Gifford.)

“Verum enim amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur
sui. Quocirca et absentes adsunt, et egentes abundant, et im-
becilli valent et, quod difficilius dictu est, mortui vivunt: tantus
eos honos, memoria, desiderium prosecutur amicorum.”

CICERO. *De Amicitia, VII.*, 23.

“He who looks upon a true friend looks upon a sort of copy of himself.

Wherefore the absent are present, the poor are rich, the sick are made
whole and, more difficult still, the dead live; so far are they followed
by the respect, the memory, the yearning affection of their friend.”

“Verum est aviditas dives, et pauper pudor.”

PHAEDRUS. *Fables, II.*, 1, 12.

“But greed is rich and modesty is poor.”

“Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.”

HORACE. *De Arte Poetica*, 351.

“But when I meet with beauties thickly sown,

A blot or two I readily condone,

Such as may trickle from a careless pen,

Or pass unwatched: for authors are but men.”—(Conington.)

“Verus amor nullum novit habere modum.”

PROPERTIUS. *Elegies, III.*, 6, 30 (II., 15, 30).

“True love knows no bounds.”

“Vesanan tetigisse timent fugiuntque poetam

Qui sapiunt.” HORACE. *De Arte Poetica*, 455.

“The wise man flees and fears to touch the frenzied bard.”

“(Me) vestigia terrent

Omuia te adversum spectantia, nulla retrosum.”

HORACE. *Epistolae, I.*, 1, 74.

“I'm frightened at those footsteps; every track

Leads to your home, but ne'er a one leads back.”—(Conington.)

“Vestis virum facit.”

PROVERB. (*Erasmus, Adagiorum Chiliades*, “*Divitiae*”.)

“The coat makes the man.”

“Vetera extollimus, recentiorum incuriosi.”

TACITUS. *Annals*, II., 88.

“We extol the past and are indifferent to our own times.”

—(*Church and Brodribb*.)

“Vetus ac jam primum insita mortalibus potentiae cupidus cum imperiū magnitudine adolevit erupitque.” TACITUS. *History*, II., 88.

“That old passion for power, which has been ever innate in man, increased and broke out as the empire grew in greatness.”

—(*Church and Brodribb*.)

“Vi et armis.”

CICERO. *Ad Pontifices*, XXIV., 63.

“By force of arms.”

“Vi victa vis.”

CICERO. *Pro Milone*, XI., 30.

“Force overcome by force.”

“Viam qui nescit qua deveniat ad mare,

Eum oportet amnem quaerere comitem sibi.”

PLAUTUS. *Poenulus*, Act III., Sc. III., 14.—(*Lycus*.)

“The man who does not know the way to sea

Should always take a river for his guide.”—(*Bonnell Thornton*.)

“Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni.”

LUCAN. *Pharsalia*, I., 128.

“The gods the conquering cause upheld, Cato the conquered.”

“Victurus genium debet habere liber.”

MARTIAL. *Epigrams*, VI., 60, 10.

“A book, to win its way, must genius show.”

“Vide, Parmeno,

Quid agas, ne queque illi pro sis, et tu pereas.”

TERENCE. *Eunuchus*, Act V., Sc. V., 22.—(*Pythias*.)

“Take care, Parmeno,

What you're about, lest you do him no good,
And hurt yourself.”—(*George Colman*.)

“Video meliora proboque;

Deteriora sequor.”

OVID. *Metamorphoses*, VII., 20.

“I see the better course and I approve;

The worse I follow.”

“Vidit enim, quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus,
nihilque in eo esse magnum.”

CICERO. *De Philosophia*, Fragment XCVI.

“He perceived, what indeed was clear, that the body is a mere appendage
of the soul, entirely devoid of great qualities.”

“Vigilandum est semper; multae insidiae sunt bonis.”

ACCIVUS. *Atreus*, Fragment IX.—(*Thyestes*.)

“Be ever on thy guard; many the snares that for the good are laid.”

“Virginibus puerisque canto.” HORACE. *Odes, III., 1, 4.*

“I sing to youths and maids alone.”—(Conington.)

“Solet hic pueris virginibusque legi.”

OVID. *Tristia, II., 370.*—(Of Menander.)

“Him boys and girls alike are wont to read.”

“Virgo formosa etsi sit oppido pauper, tamen abunde dotata est.”

APULEIUS. *De Magia, XCII.*

“A beautiful girl, though she be poor indeed, yet is abundantly dowered.”

“Virgo pulchra, et quo magis dices

Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem.”

TERENCE. *Phormio, Act I., Sc. II., 54.*—(Geta.)

“Beautiful she was indeed !

More justly to be reckoned so, for she

Had no additions to set off her beauty.”—(George Colman.)

“(Deinde hoc ita fit ut) viri fortes, etiam si ferro inter se cominus decertarint, tamen illud contentioñis odium simul cum ipsa pugna armisque ponant.” CICERO. *In Pisonem, XXXII., 81.*

“Brave men, though they have been engaged in mortal combat, lay aside their hatred when they sheathe their swords.”

“Virtus amicitiam et gignit et continet, nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest.” CICERO. *De Amicitia, VI., 20.*

“Virtue is both the parent and the guardian of friendship ; without virtue friendship cannot possibly exist.”

“Virtus est medium vitiorum, et utrimque reductum.”

HORACE. *Epistolae, I., 18, 9.*

“Between these faults 'tis Virtue's place to stand,

At distance from the extreme on either hand.”—(Conington.)

“Virtus praemium est optimum ;

Virtus omnibus rebus anteit profecto ;

Libertas, salus, vita, res, parentes,

Patria et prognati tutantur, servantur ;

Virtus omnia in se habet ; omnia adsunt bona, quem penes est virtus.”

PLAUTUS. *Amphitryo, Act II., Sc. II., 17.*—(Alcumena.)

“Valour's the best reward :

'Tis valour that surpasses all things else :

Our liberty, our safety, life, estate ;

Our parents, children, country are by this

Preserved, protected : valour everything

Comprises in itself ; and every good

Awaits the man who is possessed of valour.”

—(Bonnell Thornton.)

“Virtus repulsa nescia sordidae

Intaminatis fulget honoribus,

Nec sumit aut ponit secures

Arbitrio popularis aurae.”

HORACE. *Odes, III., 2, 17.*

“True Virtue never knows defeat :

Her robes she keeps unsullied still ;

Nor takes, nor quits, her curule seat,

To please a people's veering will.”—(Conington.)

“Virtute ambire oportet; non favitoribus;
Sat habet favitorum semper, qui recte facit,
Si illis fides est, quibus est ea res in manu.”

PLAUTUS. *Amphitryo, Prologue*, 78.

“From merit, not from favour, we should seek
To gain the prize. He who acquires him well
Will find enough to favour him, if they
Are honest, to whose hands th’ affair is trusted.”

—(Bonnell Thornton.)

“Virtute decet, non sanguine niti.”

CLAUDIANUS. *De Quarto Consulatu Honorii*, 220.

“Virtue, not lineage, should be our boast.”

“Virtute pares, necessitate, quae ultimum ac maximum telum est,
superiores estis.”

LIVY. *Histories*, IV., 28.

“In valour you are their equals; in necessity, the last and strongest weapon,
their superiors.”

“Virtutem incolumem odimus;
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.”

HORACE. *Odes*, III., 24, 31.

“Living worth we envy still,
Then seek it with strained eyes when snatched from sight.”

—(Conington.)

“Virtutem primam esse puta, compescere linguam:
Proximus ille deo est, qui scit ratione tacere.”

DIONYSIUS CATO. *Disticha de Moribus*, I., 3.

“Tis the first virtue to control your tongue,
He’s nearest to the gods who can be silent.”

“Virtutem videant, intabescantque relicta.”

PERSIUS. *Satires*, III., 38.

“In all her charms set Virtue in their eye,
And let them see their loss, despair and die!”—(Gifford.)

“Virtuti sis par, dispar fortunis patris.”

ACCRIUS. *Armorum Judicium, Fragment X.* (XV.).

“Be like thy sire in virtue, but unlike in fortune.”

“Disce, puer, virtutem ex me verumque labore,
Fortunam ex aliis.”

VIRGIL. *Aeneid*, XII., 435.

“Learn of your father to be great,
Of others to be fortunate.”—(Conington.)

“Virtutis enim laus omnis in actione consistit.”

CICERO. *De Officiis*, I., 6, 19.

“The whole merit of virtue consists in the practice of virtue.”

“Vis consili expers mole ruit sua.”

HORACE. *Odes*, III., 4, 65.

“Strength, mindless, falls by its own weight.”—(Conington.)

“Vita brevis nulli superest, qui tempus in illa

Quaerendae sibi mortis habet.”

LUCAN. *Pharsalia*, IV., 478.

“Life is so short, there is no time to seek for death.”

“Vita data est utenda; data est sine foenore nobis
Mutua, nec certa persolvenda die.”

PEDO ALBINOVANUS. *Consolatio de Morte Drusi*, 369.

“Life is given to us to be used. It is a loan without interest, and we have no date fixed for repayment.”

“Vita enim mortuorum in memoria est posita vivorum.”

CICERO. *Philippica*, IX., 5, 10.

“The dead live in the memory of the living.”

“Vita hominum altos recessus magnasque latebras habet.”

PLINY THE YOUNGER. *Epistolae*, III., 3.

“The life of men has many secret recesses and lurking-places.”

“Vitae est avidus, quisquis non vult

Mundo secum pereunte mori.”

SENECA. *Thyestes*, 886.—(Chorus.)

“Greedy is he of life who would not die

When the world's dying with him.”

“Vitae postscenia celant.”

LUCRETIUS. *De Rerum Natura*, IV., 1180

“That part of life they hide which is behind the scenes.”

“Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam.”

HORACE. *Odes*, I., 4, 15.

“How should a mortal's hopes be long, when short his being's date?”

—(Conington.)

“(Nam) vitare plagas in amoris ne jaciamur,
Non ita difficile est, quam captum retibus ipsis
Exire, et validos Veneris perrumpere nodos.”

LUCRETIUS. *De Rerum Natura*, IV., 1140.

“Tis easier far to shun the snares of love
Than, being caught, to break through Venus' bonds,
And from her nets escape.”

“Vitavi denique culpam,
Non laudem merui.” HORACE. *De Arte Poetica*, 267.

“Blame I've avoided, praise I have not earned.”

“Vitia erunt donec homines: sed neque haec continua, et meliorum
interventu pensantur.” TACITUS. *History*, IV., 74.

“There will be vices as long as there are men; but they are not perpetual,
and they are compensated by the occurrence of better things.”

—(Church and Brodribb.)

“Vitio malignitatis humanae, vetera semper in laude, praesentia in
fastidio esse.” TACITUS. *De Oratoribus*, XVIII.

“The fault lies with the spitefulness of mankind, that we are always
praising what is old and scorning what is new.”

“Vitium commune omnium est,
Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus.”

TERENCE. *Adelphi*, Act V., Sc. VIII., 80. (Demea.)

“It is the common failing of old men

To be too much intent on worldly matters.”

—(George Colman.)

“Vitium impotens
 Virtus vocatur.” SENECA. *Hercules Oetaeus*, 424.—(*Deianira*.)
 “Vice that is powerless is christened virtue.”

“Vive memor Lethi; fugit hora.” PERSIUS. *Satires*, V., 153.
 “Forget not death, for time is on the wing.”

“Vive sine invidia, mollesque inglorius annos
 Exige, amicitias et tibi junge pares.” OVID. *Tristia*, III., 4, 43.
 “Live without envy, spend thy peaceful years
 Unknown to fame, and choose thy peers for friends.”

“Vive, vale; si quid novisti rectius istis,
 Candidus imperti; si non, his utere mecum.” HORACE. *Ep stolae*, I., 6, 67.
 “Farewell: if you can mend these precepts, do:
 If not, what serves for me may serve for yo”—(*Conington*.)

“Vivendum recte, cum propter plurima, tum his
 Praecipue causis, ut linguis mancipiorum
 Contemnas; nam lingua mali pars pessima servi.” JUVENAL. *Satires*, IX., 118.
 “Live virtuously: thus many a reason cries,
 But chiefly this, that so thou mayst despise
 Thy servant's tongue; for lay this truth to heart,
 The tongue is the vile servant's vilest part.”—(*Gifford*.)

“Vivere ergo habes?” TERTULLIAN. *De Idolatria*, V.
 “What necessity is there that you should live?”

“(Loquor enim de docto homine et erudito, cui) vivere est cogitare.” CICERO. *Tusculanae Disputationes*, V., 38, 111.
 “I speak of a man of learning and erudition, to whom to live is to think.”

“Vivere, Lucili, militare est.” SENECA. *Epistolae*, XCVI., 5.
 “To live, Lucilius, is to fight.”

“Vivite felices quibus est fortuna peracta
 Jam sua; nos alia ex aliis in fata vocamur.” VIRGIL. *Aeneid*, III., 493.
 “Live and be blest! 'tis sweet to feel
 Fate's book is closed and under seal.
 For us, alas, that volume stern
 Has many another page to turn!”—(*Conington*.)

“Vivitur exiguo melius. Natura beatis
 Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.” CLAUDIANUS. *In Rufinum*, I., 215.
 “Best is a frugal life. To all mankind
 Nature gives happiness, if but they've learnt
 How best to use her gifts.”

“Vix sum compos animi; ita ardeo iracundia.” TERENCE. *Adelphi*, Act III., Sc. II., 12.—(*Geta*.)
 “I'm scarcely in my perfect mind, I burn
 With such fierce anger.”—(*George Colman*.)

“Vixere fortis ante Agamemnona
Multi; sed omnes illacrimabiles
Urgentur ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.” HORACE. *Odes*, IV., 9, 25.

“Before Atrides men were brave;
But, ah! oblivion, dark and long,
Has locked them in a tearless grave,
For lack of consecrating song.”—(Conington.)

“Vixi, et quem dederat cursum fortuna peregi.” VIRGIL. *Aeneid*, IV., 653.
“My life is lived, and I have played
The part that fortune gave.”—(Conington.)

“(Sed) vobis facile est verba et componere fraudes.
Hoc unum didicit femina semper opus.” PROPERTIUS. *Elegies*, II., 10 (9), 31.

“Not hard for thee to fashion words and wiles.
This art has every woman made her own.”

“Volt placere sese amicae, volt mihi, volt pedissequae,
Volt famulis, volt etiam ancillis; et quoque catulo meo
Subblanditur novus amator, se ut quom videat gaudeat.” PLAUTUS. *Asinaria*, Act I., Sc. III., 31.—(Cleereta.)

“He thinks on nothing but to make himself
Both pleasing to his mistress and to me;
The footman, household servants and the maidens;
Nay, a good lover strokes my lap-dog, that
Whene'er he sees him he may wag his tail.”

—(Bonnell Thornton.)

“(Ergo hercules) Voluptas vivere coepit, vita ipsa desiit.” PLINY THE ELDER. *Natural History*, XIV., 1.

“Pleasure begins to live when life itself is departing.”

“Voluptates commendat rarer usus.” JUVENAL. *Satires*, XI., 208.
“Indulge in pleasure rarely, 'twill be prized the more.”

“Vos eritis testes, si quos habet arbor amores,
Fagus et Arcadio pinus amica deo,
Ah! quoties vestras resonant mea verba sub umbras,
Scribitur et teneris Cynthia corticibus.”

PROPERTIUS. *Elegies*, I., 19 (18), 19.

“Bear witness, if that trees know aught of love,
Ye beeches, and ye pines by Pan beloved,
How oft I've breathed her name beneath your shade,
How oft is 'Cynthia' carved upon your bark.”

“Vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manu, versate diurna.” HORACE. *De Arte Poetica*, 268.

“My friends, make Greece your model when you write,
And turn her volumes over day and night.”—(Conington.)

“Vox clamantis in deserto.” THE VULGATE. *Isaiah*, XL., 3.
“The voice of one crying in the wilderness.”

“(Nec audiendi sunt qui solent dicere) ‘Vox populi, vox dei’; cum tumultuositas vulgi semper insaniae proxima sit.”

ALCUINUS. *Epistolae, CLXVI*, § 9. (*Migne's Patrologiae Cursus, Vol. C.*, p. 191, A.)

“Nor should we listen to those who say, ‘The voice of the people is the voice of God’; for the turbulence of the mob is closely allied to insanity.”

“Recogitans illud proverbium ‘Vox populi, vox Dei’.”
WILLIAM OF MELMESBURY. *De Gestis Pontificum Anglorum, Lib. I.* (*Migne's Patrologiae Cursus, Vol. CLXXIX.*, p. 1451, B.)

“Thinking over the old proverb, ‘The voice of the people is the voice of God’.”

“(In aera sucus
Corporis omnis abit:) Vox tantum atque ossa supersunt.
Vox manet.”

OVID. *Metamorphoses, III.*, 398.—(*The Story of Echo.*)

“The tender body vanished into air,
Naught but the voice survived her, and the bones;
Only the voice remains.”

“Vulgare amici nomen, sed rara est fides.”

PHAEDRUS. *Fables, III.*, 9, 1.

“The name of friend is common, but a faithful friend is rare.”

“Vulgus amicitias utilitate probat.”

OVID. *Epistolae ex Ponto, II.*, 3, 8.

“The vulgar herd values friends according to their usefulness.”

“Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.”

DIONYSIUS CATO. *Disticha de Moribus, IV.*, 40.

“When thou art dressing wounds, pain is pain's medicine.”

“Vult plane virtus honorem; nec est virtutis ulla alia merces.”

CICERO. *De Republica, III.*, 28, 40.

“Virtue truly desires honour; nor is there any other reward of virtue.”

APPENDIX.

LATIN QUOTATIONS.

“(Tamen) ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa et mutari nescia.”

JUVENAL. *Satires*, *XIII.*, 239.

“Yet nature, fixed, incapable of change,
Relapses ever into hideous sin.”

“Amare et sapere vix Deo conceditur.”

ERASMUS. *Adagiorum Chilades*, “*Impossibilita*”. (Ed. *Aureliae Allobr.*, 1606, p. 721.)

“To love and to be wise is hardly permitted even to God.”

“Amicus Plato, magis amica veritas.”

ERASMUS. *Adagiorum Chilades*, “*Amicitia*”. (Ed. *Aureliae Allobr.*, 1606, p. 126.)

“Plato is my friend, but a greater friend is truth.”

(*Cf. Φίλος*, p. 527.)

“Amor ingenii neminem unquam divitem fecit.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, *Cap. 88.*

“Love of genius never yet made any one rich.”

“(Verum est vulgo quod dicitur,) annus
Producit segetes, non cultus.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Virgo*,” 363.

“How true the common saying, that our crops
Are to the season, not to culture due.”

“Aspero enim et absciso castigationis genere militaris disciplina indiget;
quia vires armis constant: quae ubi a recto tenore desciverunt,
oppressura sunt, nisi opprimantur.”

VALERIUS MAXIMUS, *II.*, 7, 14.

“Military discipline demands prompt and stern punishments, for the
armed hand is a strong hand, and when once it has turned aside from
the path of duty, it will oppress, unless it be suppressed.”

“Beatum
Efficit ergo animus non res.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Taurus*,” 407.

“Tis mind, not money, makes the happy man.”

“*Bruta fulmina.*”

PLINY THE ELDER. *Natural History*, II., 43, 113.

“Empty thunderbolts.”

(*Generally quoted “*Brutum fulmen*”.*)

“*Caesar non supra grammaticos.*”

Proverb.

“Caesar is not above the grammarians.”

“*Tu enim, Caesar, civitatem dare potes hominibus, verbo non potes.*”

M. POMPONIUS MARCELLUS. (*Suetonius, De Illustribus Grammaticis*, XXII.)

“You, Caesar, can confer citizenship upon men, but not upon words.”

“*Ego sum Rex Romanus et supra grammaticam.*”

SIGISMUND I. (*At the Council of Constance.*)

“I am the king of the Romans, and above grammar.”

“*Carmine fit vivax virtus, expersque sepulchri*

Notitiam serae posteritatis habet.”

OVID. *Epidiastae ex Ponto*, IV., 8, 47.

“Tis song makes valour live, and 'scape the grave,
Leaving a name to far posterity.”

“*Cave canem.*”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 29.

“Beware of the dog.”

“*Cedite Romani scriptores, cedite Graii,
Nescio quid majus nascitur Iliade.*”

PROPERTIUS. *Elegies*, III., 82, 65.

“Ye Greek, ye Roman writers, hide your heads;
Something is born that with the Iliad vies.”

“*Cito fit quod Di volunt.*”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 76.

“What the gods will is swiftly brought to pass.”

“*Collige, virgo, rosas, dum flos novus et nova pubes,
Et memor esto aevum sic properare tuum.*”

AUSONIUS. *Idyllia*, XIV., 49. (*Rosae.*)

“Cull roses, girl, while thou and flower are young,
Remembering that thy bloom as swift does fade.”

“*Colubra restem non parit.*”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 45.

“The snake does not bring forth a rope.”

“*Comes est discordia vulgi.*”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Cancer,*” 743.

“Discord is aye companion of the mob.”

“Compendiaria ad divitias Philosophorum via est, quae monstrat non addendum divitiis, sed cupiditatibus detrahendum.”

PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus*, VII., 10.

“The philosophers have discovered a short cut to riches, which is this: not to add to our riches, but to subtract from our desires.”

“Compendiosam semitam ad virtutem visam esse Philosophis, ut tales effici studeamus quales cupimus apparere.”

PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus*, III., 12.

“The philosophers have considered it a short path to virtue, that we should study to make ourselves in reality such as we would wish to appear.”

“Corcillum est quod homines facit, cetera quisquilia omnia.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 75.

“It is the heart that makes the man, all the rest is rubbish.”

“(Horatii) curiosa felicitas.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 118.

“The painstaking felicity of Horace.”

“Dandi et accipiendi beneficij commercium, sine quo vix vita hominum constat, perdit et tollit, quisquis bene merito parem referre gratiam neglit.”

VALERIUS MAXIMUS, V., 3, *Externa* 2.

“The interchange of benefactions, given and received, without which the social life can hardly be said to exist, is lost and destroyed by him who fails to make adequate return to one who has rendered him a service.”

“De multis nunquam speravi, sciebam enim, quod qui paucorum similis fieri studet, multis fiet inquisus.”

PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus*, I., 5.

“I have never hoped for much from the many, knowing that he who seeks to resemble the few, will become hateful to the many.”

“(Immo) decet novisse malum, at fecisse nefandum est.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Scorpius*,” 163.

“Tis fitting to know evil, crime to practise it.”

“Dedit enim hoc quoque providentia hominibus munus, ut honesta magis juvarent.”

QUINTILLIAN. *De Institutione Oratoria*.

“For Providence granted this gift also to men, that they should find their chief delight in innocent pleasures.”

“Dic, hospes, Spartae, nos te hic vidisse jacentes,

Dum sanctis patriae legibus obsequimur.”

CICERO. *Tusculanae Disputationes*, I., 42, 110. (*The Epitaph of the Three Hundred at Thermopylae*. Cf. Ω̄ ξεῖν', p. 537.)

“Go tell the Spartans, thou that passest by,
That here obedient to their laws we lie.”

“Dii pedes lanatos habent, quia nos religiosi non sumus.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 44.

“The gods' feet are shod with wool, because we are not religious.”

“Deos laneos pedes habere.”

MACROBIUS. *Saturnalia*, I., 8, 5.

“The gods have feet of wool.”

“(Quod dicitur) deos iratos pedes lanatos habere.”

PORPHYRIO. *Commentarii in Horatii Carmina*, III., 2, 32.

“As the saying is, the angry gods have their feet shod with wool.”

“Diligere parentes prima naturae lex.”

VALERIUS MAXIMUS, V., 4, 7.

“Love for our parents is the first law of nature.”

“Dissuat amicitiam, non discindat.”

PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus*, XII., 2.

“Pick out the stitches of a friendship, if you will, but do not cut it in two.”

“Doctrina scelesti
Est gladio insani similis.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “Scorpius,” 874.

“Learning in a villain
Is like a madman's sword.”

“Ut furiosus habens gladium, sic doctus iniquus.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “Capricornus,” 124.

“A learned rogue is like a madman armed.”

“Dum ea Romani parant consultantque, jam Saguntum summa vi oppugnabatur.”

LIVY. *Histories*, XXXI., 7.

“While the Romans were engaged in these preparations and consultations, Saguntum had been taken at the point of the sword.”

(Hence the proverb: *Dum Romae consulitur, Saguntum expugnatur.*)

“Dum loqueris, levis pruina labitur.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 99.

“While you are talking, the light hoar-frost is vanishing.”

“Eloquentiae magister, nisi tanquam piscator, eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe praedae morabitur in scopulo.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 3.

“The master of eloquence is like the angler, who unless he has baited his hook with a bait which he knows will attract the fish, will stand all day on a rock without hope of catching anything.”

“Eripuitque Jovi fulmen viresque tonandi.”

MANILIUS. *Astronomicon*, I., 104.

“He stole the thunder from the hand of Jove.”

(*Cf. Eripuit cœlo*, p. 56.)

“Est autem, ut in sagittando, sic in qualibet operatione mortalium, aberrare per facile, signum attingere is demum artificii finis est.”
PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus*, IV., 2.

“As in shooting, so in everything else that men do, it is only too easy to overshoot the mark ; the end and aim of the art is to hit the target.”

“Est ordo pulcherrima rerum.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Scorpius*,” 56.

“Of all things order is most fair.”

“Esto bonus saltem, si non potes esse peritus.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Taurus*,” 365.

“Be good, at least, if thou canst not be clever.”

“Et querimur, cito si nostrae data tempora vitae
Diffugint? urbes mors violenta rapit.”

SANNAZARIUS. *Elegies*, II., 9. 23

“Since death on cities lays its ruthless hand,
Dare we complain that swift our life is sped ?”

“Fabula non omnis spernenda est. Saepe legatur
Utile quid moneat puris comoedia verbis.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Aries*,” 210.

“Not every play is vile. Oft comedy
In language pure a moral tale unfolds.”

“Fatum in amore valet plus quam gaza omnis, et omnis
Nobilitas.” PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Cancer*,” 162.

“Fortune than boundless wealth or bluest blood
In love is oftentimes stronger.”

“Festina lente.”

“Hasten slowly.”

(*Of. Σπεῦδε βραδέως*, p. 495.)

“Fortunae raro est mens bona juncta bonae.”

GEORGE BUCHANAN. *Icones*, II.

“Good mind is rarely to good fortune joined.”

“Gaudet stultis natura creandis,
Ut malvis atque urticis, et vilibus herbis.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Sagittarius*,” 580.

“Nature delights in making foolish things :
Nettles and docks and other worthless weeds.”

“Habet enim apud malos quoque multam auctoritatem virtus.”

QUINTILIAN. *Declamationes*, 253.

“Great, even with the wicked, is the authority of virtue.”

“Habet hoc virtus . . . ut viros fortes species ejus et pulchritudo, etiam in hoste posita, delectet.”

CICERO. *In Pisonem*, XXXII., 81.

“There is this to be said of virtue, that its beauty and charm delight us, even in an enemy.”

“Haec enim tacita lex est humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae, poena repetatur.”

CICERO. *Pro M. Tullio*, Fragment 51.

“It is one of humanity's unwritten laws, that a man has to pay the penalty for the intention, not for the results of his actions.”

“Haurit aquam cribro

Qui discere vult sine libro.”

GEILER. *Navicula Fatuorum, Turba I.*

“A sieve for drinking serves his turn

Who tries without a book to learn.”

“Hodie mihi, cras tibi.”

THE VULGATE. *Ecclesiasticus*, XXXVIII., 22.

“To-day to me, to-morrow to thee.”

“Humanae igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.”

VALERIUS MAXIMUS, II., 7, 10.

“There is nothing like necessity for stiffening a weak-kneed nature.”

“Ille milvo volanti poterat ungues secare.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 45.

“He was able to cut the claws of a hawk on the wing.”

“In alio peduclum vides, in te ricinum non vides.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 57.

“You see the tiny louse on another, you cannot see the big tick on yourself.”

“Inemendabilis enim est error qui violentiae Martis committitur.”

VALERIUS MAXIMUS, VII., 2, 3.

“Irremediable is the mistake which violates the canons of war.”

“Inexpertis enim dulcis est pugna.”

VEGETIUS. *De Re Militari*, Lib. III., 12.

“To those who have not tried it, the battle is sweet.”

(*Cf. Dulce bellum inexpertis*, p. 51.)

“Infirmi et timidi est, nimirum, multa minari,
Verbaque foemineae vires sunt, facta virorum.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “Cancer,” 803.

“The weak and timid most to threats are prone;
In words lies woman's strength, but man's in deeds.”

“Ingenia nostra rerum contrariarum vicinitate falluntur.”

PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus*, IX., 5.

“Our minds are confused by the close proximity of opposites.”

“In simulari quivis innocens potest; revinci nisi nocens non potest.”
APULEIUS. *De Magia, Cap. I.*

“Any one may successfully feign innocence; none but the guilty can be convicted of crime.”

“Inter nam cygnos, anseris ore crepo.”
JANUS PANNONIUS. *Epigrammata, I., 49, 16.*

“Amongst the swans with voice of goose I cry.”

“Is saepē dignus est vincere qui vincendo fit melior.”
PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus, XIV., 5.*
“He deserves his victory who becomes thereby a better man.”

“Justitia est multis laudata, domestica paucis.”
PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae, “Virgo,” 479.*
“Justice is praised by many, dwells with few.”

“Lectio nimirum esca animi est; quae si bona prodest,
Si mala sit, non parva solet dare damna legenti.”
PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae, “Capricornus,” 702.*

“Reading is mental food; good, it does good;
Evil, it works the reader harm untold.”

“Libri quosdam ad scientiam, quosdam ad insaniam deduxere, dum
plus hauriunt quam digerunt.”
GEILER. *Navicula Fatuorum, Turba I.*

“Books have led some men to knowledge, but others to madness, when
they swallow more than they can digest.”

“Lis est de nomine, non re.”
PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae, “Virgo,” 422.*
“We're fighting merely about names, not things.”

“Magna quippe facundia est, vel potius nulla, quae cogat invitatos.”
PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus, XVIII., 16.*

“Great is the eloquence, or rather there is no eloquence, which can persuade men against their will.”

“Magna est nam gratia pulchri
Vestitus.”
PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae, “Taurus,” 253.*
“Immense is the effect of handsome dress.”

“Magna quidem mutui doloris solatia.”
QUINTUS CURTIUS. *De Rebus Gestis Alexandri Magni, IV., 10, 21.*

“It is a great consolation to have a partner in one's sorrow.”

“(Est proverbium) magnas res per ipsas fieri.”
PETRARCH. *Epistolae Variae, XLIII.*
“The proverb says that great events accomplish themselves.”

“Maxima matronae laus latuisse probae.”

GEORGE BUCHANAN. *Icones, III.*

“Let not the matron chaste 'mongst strangers roam ;
Her highest praise is that she bides at home.”

“Maxima pars, pecore amisso, praesepia claudit.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae, “Sagittarius,”* 827.

“Most, when the steed is stolen, lock the stable door.”

“Maxima pars rerum bona vel mala fertur ab usu.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae, “Scorpius,”* 931.

“Most things are good or evil as we use them.”

“Medicus enim nihil aliud est quam animi consolatio.”

PETRONIUS ARBITER. *Satyricon, Cap. 42.*

“A doctor is nothing but a sort of mental consolation.”

“Mentem peccare, non corpus, et unde consilium abfuerit, culpam
abesse.” LIVY. *Histories, I.,* 58, 9.

“It is the mind that sins, not the body, and when the intention is absent,
so also is the blame.”

“Militia est hominum vita.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae, “Virgo,”* 458.

“Man's life is a campaign.”

“Militiae species amor est; discedite segnes!

Non sunt haec timidis signa tuenda viris.”

OVID. *De Arte Amandi, II.,* 233.

“Love is like war ; ye slothful ones avaunt !
No cowards 'neath Love's standard may enrol.”

“(Plus nominis horror
Quam tuus ensis aget;) minutus praesentia famam.”

CLAUDIANUS. *De Bello Gildonico,* 385.

“The terror of thy name outvies thy sword ;
Thy presence but diminishes thy fame.”

“Mirabar celerem fugitiva aetate rapinam,
Et, dum nascuntur, consenuisse rosas.”

AUSONIUS. *Idyllia, XIV.,* 35. (*Rosae.*)

“What swift destruction flying time doth wreak !
See, even while they open, roses fade.”

“Multo enim multoque seipsum quam hostem superare operosius est.

VALERIUS MAXIMUS, IV., 1, 2.

“It is a harder, a far harder task to overcome oneself than one's enemy.

“Nascitur indigne per quem non nascitur alter,
Indigne vivit per quem non vivit et alter.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae, “Cancer,”* 276.

“Unworthy he of birth to whom no child is born,
Unworthy he of life through whom no other lives.”

“Naturam frenare potes, sed vincere nunquam.”

PALINGENIUS. *Zodiacus Vitae*, “*Leo*,” 694.

“Nature may be controlled, but ne'er o'ercome.”

“Neque enim militia solum, sed pugna est vita hominis super terram.”

PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus, Praefatio*.

“Man's life on earth is not so much a campaign, as one continual combat.”

“Nescis quid vesper vehat.” MACROBIUS. *Saturnalia*, I., 7, 12.

“Thou knowest not what evening may bring.”

“Nihil agendo homines male agere discunt.”

COLUMELLA. *De Re Rustica*, XI., Cap. I.

“By doing nothing men learn to do evil.”

“Nihil ergo homines mortem curant, non quia est, sed quia creditur longinquia.”

PETRARCH. *Epistolae de Rebus Familiaribus*, VIII., 4.

“Men therefore care nothing about death, not because it is, but because they think it, afar off.”

“Nihil est hominum inepta persuasione falsius, nec ficta severitate ineptius.” PETRONIUS ARBITER. *Satyricon*, Cap. 132.

“Nothing in a man is more disingenuous than feeble persuasion, or feebler than feigned severity.”

“Nihil est tam praeclarum, aut tam magnificentum, quod non moderatione temperari desideret.”

VALERIUS MAXIMUS, IV., 1, *Externa*, 9.

“There is nothing so pre-eminent, or so magnificent, but is the better for being tempered by moderation.”

“Nihil inter mortales diurnum, et si quid dulce se obtulerit, amarum mox fine concluditur.” PETRARCH. *Epistola ad Posteros*.

“Nothing lasts long in human life, and if something of sweetness have entered with it, it will quickly have a bitter ending.”

“Nimiaque illa libertas et populis et privatis in nimiam servitutem cadit.” CICERO. *De Republica*, I., 44.

“That excess of liberty, both with nations and individuals, eventuates in an excess of servitude.”

“Noli, obsecro, istum turbare.”

ARCHIMEDES. (*Valerius Maximus*, VIII., 7, *Externa*, 7;

“Do not, I pray you, disturb that.”

(*Generally quoted “Noli turbare circulos meos.”*)

“Nolit habere accipitrem qui capiat alaudam et comedat gallinam.”

GEILER. *Navicula Fatuorum, Turba XXVIII*.

